Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in tra. Cum autem perseuerarent interrogantes eum; erexit se et dixit eis. Qui sine peccato est uestrum; primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audientes autem hec unus post unum exibant incipientes a senioribus. Et remansit iesus solus; et mulier in medio stans. Erigens autem se iesus dixit ei. Mulier; ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quae dixit. Nemo domine. Dixit autem ei iesus. Nec ego te condemnabo. Vade et iam amplius noli peccare. offertorium. Iudica domine nocentes me impugnantes me; expugna impugnantes me. apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium mihi domine virtutis salutis meae. Oremus. Deus omnipotens, per cuius misericordiam et hostiam salutis nostrae; tribue quaesumus ut haec oblatio fragilitatem nostram ab omni malo perpetuo semper et muniat. per. com. Nemo te condemnauit mulier nemo domine nec ego te condemnabo iam amplius noli peccare. per eo-

Omnis omnipotens, post communionem; ut unitas eius membra nunciet, cuius corporis communicauimus et sanguinis domini nostri ihesu xpi. Qui tecum. Oratio domine, super populum. Fideliby tuis dextram celestis auxilii; ut et te toto corde perquirant, et quae digne postulant obtinere mereantur. Dominica in medio quadragesimae; Laetare ierusalem et conuenite fa cite omnes qui diligitis eam gaudete cum laetitia qui in tristitia fuistis ut exultetis et satiemini ab uberibus consolationis eius. ps. Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi in domum domini ibimus. Oremus. Deus qui ex merito nostre actionis afflicti, tue gratie consolatione respiramus. per. Fratres. Scriptum est. ad galatas. Quia abraam duos filios habuit; unum de ancilla, et alterum de liba,